

rem dicto Sempronio venditori in dictis centum flore. auri. pro pretio dicte domus quos centum florenos auri dictus Titius promittit dare et solvere ad terminum octo annorum: et interim promittit anno quolibet per florenos auri nomine pensionis sibi pactu locacionis predicte cum pacto quod si dictus Titius aliquam partem dictorum centum florenorum offerret dicto Sempronio ipse Sempronius debet illam partem recipere: et pro parte in numerum pensionem dictorum ser florenos. Accidit quod inter tempus octo annorum nulla pars dictorum centum florenorum fuit soluta dicto Sempronio per dictum Titium: sed soluit sibi ser florenos dicto termino octo annorum elapso. Sempronius agit contra Titium ad solutionem et exactionem dictorum centum flore. Titius ipse allegat et dicit iam soluisse. xvij. florenos: et offert se paratum solvere florenos. lxx. pro residuo dicte quantitate: scilicet dicens se domum emisse: ut patet per instrumentum emptionis: et ideo non tenebat solvere pensionem: et quod soluit illud fuit pro usura centum florenorum predictorum: et quod in fraude usurarii fuit dictum ut solueret nomine pensionis: et sic debet computari solutum in veram sortem dictorum centum florenorum. Sempronius replicat quod quavis vendiderit domum et concessus fuerit receptus tamen in veritate nullam pretium habuit quod debeat colligi ex confessione et obligatione immediate facta per Titium emptorem: et sic pretio non soluto dominum dicte domus non fuit translatum in emptorem ideo debet sibi pensio donectum solueret pretium dicte domus: et sic dicitur. xvij. floren. nomine pensionis. soluti non haberet estimare dictum pretium. c. flore. et sic pretium domus est integrale. Queritur quod iuris et. lxx. abb. Consilium quintum.

- 1 Pensionem solvere de re propria nemo potest.
- 2 Contractus licet ex forma sui non appareat usurarius iudicatur tamen usurarius propter mentem contrahentium.
- 3 Vendens rem plus quam valet censetur usurarius.

**C**hristi eiusdemque matris nominibus invocatis: omnia argumentis que satis frivole in favorem dicti venditoris possent fieri ipsam rem subdantur sic attinga. Dico enim meliori iudicio semp saluo dictum Titium emptorem non teneri ad solvendum. lxx. flore. et sic. xvij. flore. soluti nomine pensionis debent computari in sero pretio dicte domus: quod proba multipliciter. Primo sic verus emptor enim quod dictus locator emptori vendidit domum recepto pretio vel fide habita fide de pretio: et hic fuit serus emptor: et dominum domus transiit in emptorem et recessum fuit a sero locacionis: hoc a pretio probat in. lxx. quis. ff. de acquir. pos. l. in. de rem. dmi. s. interdu. s. vendite. et quod hinc fuit fide habita fides de pretio clarissime patet ex confessione ipsius venditoris: que si esset fictitia tamen ex ea satis colligitur quod intendebat de presenti tradere rem ratione venditionis habita fide de pretio habendo in futurum: et satis etiam colligitur ex obligatione et confessione postea facta per dictum Titium emptorem: cum ergo dominum fuit translatum in dictum emptorem et recessum a contractu locacionis: ut. s. luce claris probatum est non potuit de novo illam confessionem subsequente conficere et suscitari contractum locacionis et recedi a contractu venditionis et emptionis profecto et re non integra. C. q. lic. ab emp. di. l. i. r. g. Tertio quia isti hoc non agebant: imo volebant contractum emptionis et venditionis existere sua firmitate: ut patet ex verbis emptionis seu confessionis. Patet ergo ex predictis quod nomine pensionis non valebat illa solutio: cum de re propria quis pensionem solvere non potest: ut. d. l. qui rem propria. unde etiam supponendo quod nulla fraus usurarii intervenit: hic tamen qui soluit indebitum potest illud compensare in vero debito solvendo. lxx. etiam. ff. de compensa. de si. in. str. c. cum i. unnes. facit. l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. r. c. ff. de solu. cum ibi not. Dico tamen quod etiam ex alio capite poterit ipse venditor illos. xvij. florenos in ipsi pretium computare: quod si diligenter oia gesta ponderentur: hoc pensio fuit constituta in fraude: et sic esset usura pro dilatata solutione illorum centum florenorum de quibus. s. seu contiguitatis contractus. Si enim incotinenti intendebat vendere et vendidit et contitit pretium recepisse: ad quid oportebat premittere contractum locacionis cum non sit presumptio quod quis velit incotinenti a priori proposito recedere. l. non ad ea. ff. de codi. r. de no. r. de baptis. maiores. Et ex his que incotinenti sunt dicitur presumptio fraudis. in. de offi. cum ibi no. de elec. r. que incotinenti sunt videtur ibi esse. l. lecta. ff. si cer. pet. Secundo presumitur fraus ex eo quod prius fuit venditor: confessus recepit pretium non spe future numeracionis: imo renuntiaverat exceptioni non numerate pecunie: tamen postea emptor concessus est se debitorum in centum florenos occasione pretii illius domus: et ex his contrarietas? res soluit presumptio fraudis. in. c. ut nostra presumptio. vt. eccl. hinc. Tertio omni presumptio ratione presumptionis solutionis fide pro pensione contra naturam illius contractus venditionis qui preceperat. ad hoc quod legit et no. in casu ex illo pacto apposito vt si in tempus octo annorum solueret aliquam partem dictorum centum flore. deberet fieri diminutio pensionis pro rata. Si enim dominum domus non est transfusum in emptorem vt allegat venditor: ad quid fieret illa diminutio pro rata: cum ad hoc dominum esset pensio venditorum. Non enim potest dici quod pro parte transeat dominum sicut pro parte soluit pretium. l. traditionibus. C. de pac. Ergo ex eo clare concluditur quod pro mercede solutionis dictorum centum flore. licet fuit constituta dicta pensio vt sic exonerata parte debiti exonerare debebit omnis pensio

fionis seu mercedis. Ex his enim omnibus et tam vberimis coiecturis et presumptionibus debet talis serus iudicari in fraude usurarii coffectus: iuxta ea que ponunt et habent in. c. ad nostram. de emp. r. ven. r. c. illo vos. de pig. Et si diceret quod hic deberet presumi et iudicari cum non interuenit mutuum sine quo usura non committitur: vt patet ex definitione usure. Et enim lucrum ex mutuo et. vt plene no. per Jo. and. in reg. peccatum. de reg. iur. lib. vi. in mercu. facit. c. cofulunt. de usu. r. r. f. dco q. licet ex forma sui non appareat serus usurarius: tamen propter mentem habentium debet iudicari usurarius. Et quo enim ex dilata solutione pretii debebat iste venditor recipere illud lucrum fingit ius quod emptor soluit pecunia venditori. Et quod venditor illam sibi mutauerit et pro mercede voluerit illud lucrum. Accidit et extraneum: quod est casus expressus in iure in similibus terminis in. c. in ciuitate. r. in. c. naviganti. de usur. r. vbi dicitur in com. intellectum illum venditorum iudicandum usurarium qui vendit rem plus quam valet: ex eo quod solutionem pretii differt: et sic non est serus usurarius ex forma sui quod ibi non sit verum mutuum: sed fingit modo predicto propter mentes contrahentium. Committit ergo usura siue sit mutuum verum siue fictum modo predicto: et ita coter notat in iuribus palle. Ex quibus omnibus concludo quod ex duplici capite potest iste emptor obtinere intentionem suam: vel quia soluet vel usura qualitercunque capiatur potest deduci in compensationem pretii centum florenorum. r. d. c. illo vos. cum ibi no. r. c. cum contra. de pig. de iur. iur. de bitores. cum si. Et hec sufficiant et. lxx. abb. Consilium. vi.

- 1 Opera communitatis incumbunt laicis et non clericis.
- 2 Gabelle et datta solvuntur de rebus propriis.

**D**is super quo petite fuerunt allegationes. Quidam dominus Franciscus canonicus habitans in civitate. ex psonalibus vendidit vinum: blada: frumentum: porcos: et similia. et in eis dicitur negotiari: habereque aliqua animalia que mittere vult ad loca pasture comitatus. sine aliqua solutione. quam communitate faciunt ciues ibi pro releuandis oneribus comitatus: nec etiam in rebus psonalibus in quibus negotiari dicitur subijci statutis ciuitatis soluendo gabellas: datta: pedagia. et similia circulu se dupli. Primo ratione clericatus. Secundo ex quodam pacto inito inter ipsam comitatem maxime et episcopum et capitulum habitantem. ecclesie vt licet episcopus capitulum sine aliqua solutione mittere animalia sua ad pascendum in pascuis comitatus. Continuitur nunc dubitari de duobus. Primo nunc dominus Franciscus debeat solvere pascua in quibus frequenter mittit animalia sua propria ad dicta loca comitatus sine quibus soluitur alij ciues iuxta formam statutis comitatus. Ad primum dicendum quod si loca pasture esse consueverunt et sunt vniuersitatis seu comitatus laicorum tunc puto dictum dominum Franciscum posse cogi ad solvendum sine forma statuti et leges comitatus si vult animalia sua mittere ad illa loca comitatus. Ratio huius est: quod non dicitur hoc casu comitatus legem imponere clericis: nec dicunt collectare clericos: vel datta seu gabellas ab eis exigere: sed dicunt vsum vendere seu vsum fructum rerum comitatus quod pnt sine iniuria cuiusque. Nam in sua re quilibet est legitimus moderator et arbiter. in. l. in re mandata. C. mada. r. c. de his. de sepul. ff. enim clericis reperiant privilegii: vt de rebus eorum non soluant gabellas vel datta: vt in. c. ff. de cofue. li. vi. in cle. pnti. co. r. dicam latius in argumento subsequenti: non reperiant privilegii vt possint vti pro se animalibus eorum et rebus comitatus laicorum: imo potius contra de iure diuino in lege habuerunt de terra promissionis: sed illa loca ex dispone diuina sunt tradita laicis: clericis autem fuerunt solum reuerate decime et quedam alie pntiencie: vt habet Numerus. xvij. et not. in. c. i. de deci. lib. vi. Si ergo volunt vt rebus comitatus laicorum vobis solvere sicut vult pascere animalia in locis priuatis: agit enim comitatus pro rebus suis sicut priuatus pro suis. ar. in. c. licet. de proba. r. c. conque. stus. de fo. cope. r. clerus est diuinus a populo. Ma alius est clericus: alius populus. d. c. si snia. de sen. exco. lib. vi. r. xvij. q. i. duo sunt genera. Tercio

- 1 video quod opera comitatus incumbunt laicis et non clericis: vt not. in. c. non minus. r. c. aduersus. de immu. eccl. Cum ergo nolunt sentire onera rerum comitatus laicorum: ergo non comoda sentire debent non enim ferendi sunt illi qui lucra et comoda capere volunt et onera subire nolunt. C. de cas. du. tol. l. i. s. pro serbo. in reg. qui sentit omnis. de reg. iur. lib. vi. Et si diceret quod clericis tenent ad ista et non ad solutionem gabelle seu dattorum: respondeo quod gabelle et datta solvuntur de rebus propriis unde cum persone sint exempte. sic et res eorum: quod sequuntur conditione psonarum: vt not. in. d. c. pnti. de deci. r. c. ff. co. ti. lib. vi. Non ergo possunt laici a psonis non privilegiatis et exemptis hoc exigere: sed in casu nostro non solvunt pro rebus ipsorum clericorum: sed quod conducunt rem comitatus seu emunt vsum vel vsum fructum persone priuate comitatus merito tenent solvere sicut in consueverunt vel emerit vsum seu vsum fructum persone priuate. facit. c. i. de in. integ. resti. Si vero ista loca pasture fuissent ad vsum comitatus clericorum et laicorum et sic forent comitatus clericis et laicis: tunc non teneret dominus Franciscus quod p statuta laicorum non tenent clericis solvere: tum quod statuta laicorum non afficiunt clericos. in. c. bone gde. xvi. di. r. c. ecclesia lxx. Nazrie. de consti. tum quod in rebus comibus non possent soli laici constituere in pntiencie aliorum ius in rebus habentium: quare quod oes tangit debet ab oibus approbari. c. quod oes. de regu. iur. lib. vi. r. c. ad bec. de offic. archi.